


Hoc finito reges recedant per alam ecclesie ante fontes, et intrent chorum per ostium sinistrum, et processio intret chorum, sicut consuetum est in dominicis, cantore incipiente hoc responsorium :




Tri-a sunt munera in Salu-tis.

Ad missam tres reges regant chorum, qui Kyrie, Fons bonitatis, Alleluia, Sanctus et Agnus cantent. Officium Ecce advenit. Epistola Surge, illuminare, predicti famuli cantent graduale Omnes de Saba. Surge, illuminare, offertorium Reges Tharsis. Deinde offerant reges, et omnes qui voluerint, etc.

OFFICIUM SEPULCRI

[Ex ordinario et libro offic. mss. bibliothecæ Bigottianæ.]

211 Finito tertio responsorio officium sepulcri ita celebretur. Tres diaconi [al., add. canonici] de majori sede induti dalmaticis, et amictus habentes super capita sua ad similitudinem mulierum, vascula tenentes in manibus, veniant per medium chori, et versus sepulcrum properantes vultibus submissis cantent pariter hunc versum :




Quis revolvat vobis la-pidem ab osti-o monamen-ti ?

Hoc finito quidam puer, quasi angelus, indutus alba et amictu, tenens spicam [al. palmam] in manu ante sepulcrum, dicat :




Quem qua-ri-tis in sepul-cro, o Christi-colæ.

Marie respondeant :




Iesum Nazarenum cruci-fixum, o cæ-li-co-la.


Tunc angelus [al. add. aperiens sepulcrum] dicat :




Non est hic, surrexit e-dium si-cut



dixit. **212** Ve-ni-te, et vi-de-te lo-cum




ubi po-si-tus fu-e-rat, et e-un-tes di-ci-te




disci-pulis eius et Pe-tro qui-a sur-rexit.

Et locum digito ostendens. Hoc finito [al., facto] angelus citissime discedat [al. add. mulieres intrent sepulcrum, dum non invenerint], et duo presbyteri, de majori sede in tunicis intus sepulcrum residentes, dicant :




Mu-li-er, quid plo-ras ?

Medius trium mulierum [al. add. loco Marie Magdalene] respondeat, ita dicens :




Quia tu le-ras Do-minum me-um, et




ue-sci-o u-bi posue-runt eum.


Duo residentes dicant :




Quem qua-ri-tis viventem cum mortuis, non




est hic, sed sur-re-xit; recor-da-mi-ni




qua-li-ter locu-tus est vobis, dum adhuc in



213 Ga-li-læ-a es-set vo-bis dicens: qui-a




oportet fi-li-um ho-mi-nis pati et




cruc-i-fi-gi, et di-e ter-ti-a re-sur-gere.

Mulieres Marie osculentur locum, postea exeant de sepulcro. Interim quidam sacerdos [al. add. canonicus] de majori sede in persona Domini albus cum stola, tenens crucem, obvians eis in sinistro cornu altaris, dicat :




Mu-li-er, quid plo-ras? quem qua-ris?

Medius Mulierum dicat :



Do-mi-ne, si tu sustu-listi eum,




di-ci-to mi-bi, et ego e-um tollam.

Sacerdos illi crucem ostendens, dicat :




Ma-ri-a

Quod cum audierit, pedibus eius citissime sese offerat, et alta voce dicat :




R. b. bo. ui.

Sacerdos innuens [al. retro trahens] manu, dicat



214 Noli me tan-gere, non-dum e-nim as-cendi



ad Pa-trem me-um; va-de autem ad fa-tres me-os,

et dic e-is : Ascendo ad patrem meum et

pa-tre) vestram, De-um meum et Deum vestrum.

Hoc finito sacerdos in dextro cornu altaris iterum a pareat, et illis transeuntibus ante altare dicat :

A - veste, no-li-te ti-me-ré, i-te,

nunc-ate fratribus meis ut e-ant

io Ga-li-læam; i-bi me vi-debunt.

A Hoc finito se abscondat, et mulieres nec audito lætæ incinent ad altare, et conversæ ad chorum hunc versum cantent [al. add. alta voce] :

Al-leluia Resurrexit De-minus, sur-re-xit

215 Le-o for-tis, Christus Fili-us De-i.

Hoc finito, dominus archiepiscopus, vel sacerdos, ante altare cum thuribulo incipiat al-te Te Deum laudamus, et sine neuma finiatur. (Ad laudes) tres Mariæ Resurgente, vel aliud Benedicamus ad placitum. Sequatur processio ante crucifixum cum cruce per totam hebdomadam; una de Mariis incipiat Christus resurgens, et tres Mariæ cantent versum in pulpito Dicant nunc, etc.

ORDINATIO EPISCOPI.

(Ex vetustissimo Pontificali ms. bibliothecæ cathedralis Rotomag.)

In die ordinationis episcopi manissime pulsetur et cantetur Prima; post quam eatur ad capitulum, ibique a decano, archidiacono, cantore et cancellario ordinentur qui debent procedere ministri, sicut in majoribus mos est festivitatis, hoc est, duo acolythi cum thuribus, duo subdiaconi cum crucibus, septem acolythi cum candelabris et cereis, septem subdiaconi cum Evangeliorum libris, septem diaconi cum sanctis reliquiis, duodecim presbyteri induti planetis, acolythus indutus podere cum vasculo aureo chris-matis. Tertia pulsetur temporanee, et interim præparet se dominus archiepiscopus sandaliis et **216** ceteris omnibus usque ad dalmaticam. Tunc induit cappa, et tenens baculum pascoralem in manu procedit e sacratio. Similiter omnes episcopi exeant induti. Ipse autem electus necdum induatur sandaliis, sed tantum alba, et stola, et cappa; nec ferat baculum, sed ponatur super altare cum annulo, usquedum consecratus accipiat de manu archiepiscopi. Venientes autem in ecclesia, ponantur sedes ita: Dominus metropolitanus sedebit verso dorso ad altare; sedilia vero cæterorum episcoporum ponantur ante oculos metropolitani. Sedes autem ipsius electi ponatur in medio, non tamen ad majus altare. Comprovinciales autem episcopi offerant electum domino metropolitanus, his verbis: Reverende Pater, postulat sancta mater Ecclesia N. ut hunc præsentem presbyterum ad onus episcopatus sublevetis. Et respondeat metropolitanus: Scitis illum dignum esse? Et episcopi: Scimus et credimus illum esse dignum, quantum humana fragilitas sinit nosse. Et respondeant omnes: Deo gratias.

Tunc metropolitanus ad episcopos: Audiamus, si placet, quid de tanta consecratione sancti Patres statere. Tunc cancellarius legat distincte et aperte ad intelligendum hæc decreta, dicens: Jube, domne, benedicere. Et dominus: Quidquid in nobis Christo displicet, hoc sanctus Spiritus emundet.

217 Ex Decretis Anacleti papæ. Anacletus episcopus universis episcopis in Italia constituit.

Tunc metropolitanus ad electum: Audisti, charissime, quod antiqua sanctorum Patrum institutio docet et præcipit ut is qui ad ordinem episcopatus

eligitur, maxime ut regimus in canone Carthaginiensi, antea diligentissime examinetur cum omni charitate de fide sanctæ Trinitatis, et interrogetur de diversis causis et moribus quæ huic regimini congruunt, et quæ necessaria sunt retinere secundum Apostoli dictum: *Manus nemini cito imposueris* (1 Tim. v, 22). Et ut etiam is qui est ordinandus antea erudiat qualiter sub hoc regimine constitutum oporteat conversari in Ecclesia Dei, ut irreprensibiles sint qui ei manus ordinationis imponunt. Eadem divina auctoritate et præcepto interrogamus te, dilectissime frater, charitate sincera, si omnem providentiam tuam, quantum tua capax est natura, divinæ Scripturæ sensibus accommodare volueris? (45)

Interrogatio. Vis ea quæ ex divinis Scripturis intellexeris plebem, cui ordinandus es, et verbis docere et exemplis? Responso. Volo.

Interrogatio. Vis per Dei gratiam et tuam diligentiam talis esse qualem episcopum **218** esse debere docet Apostolus, videlicet, *Sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem, non violentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum*? (1 Tim. iii). R. Volo.

Interrogatio. Vis castitatem mentis et corporis, Deo donante, custodire, et in ea filios tuos educere? R. Volo.

Interrogatio. Vis beato Petro et sanctæ Romanæ Ecclesiæ esse subditus secundum statuta Patrum? R. Volo.

Interrogatio. Vis sanctæ Rotomagensi Ecclesiæ, mihi et successoribus meis obediens esse et subditus? R. Volo.

Interrogatio. Vis mihi et Ecclesiæ meæ professionem facere, sicut mos antiquitus constitutus obtinuit? R. Volo, et paratus sum in omnibus obedire.

Interrogatio. Pauperibus et peregrinis, omnibusque indigentibus vis esse propter nomen Domini affabilis et misericors? R. Volo.

Deinde dicatur ei hæc oratio.

Hæc omnia et cætera bona tribuat tibi Dominus,

(45) In Ordine et Pontificali romano legitur responsio: Ita ex toto corde volo in omnibus obedire et consentire.